



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap IX. Jesus ab Herode remissus ad Pilatum nudatur, & flagellis  
crudelissimè laceratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

DOMI-  
NICAE  
PASSIO-  
NIS EK-  
PLICA-  
TIO.

alba ac contemptibili veste velut  
stolidus despectus est.

CAPUT IX.

*Iesus ab Herode remissus ad Pila-  
tum nudatur, & flagillis crude-  
lissimè laceratur.*

1. Iudæi furore, non iure contra Christum agunt; Pilatus eum conatur dimittere, sed Iudæi Barabbam praeferentes, Christum ad crucem de-  
poscunt.
2. Traditur ergo Christus tortoribus flagellan-  
diu. Admirabilis hęc patientia Domini condem-  
nat irrefrenatam crudelitatem nostram.
3. Christum ab impijs satellitibus nudatur, co-  
lunnae alligatur, flagellu caditur: in totum cor-  
pus ipsius faciunt tortores.
4. Quam horrendus fuerit hic cruciatus, quan-  
to amore nostri à Christo toleratus! Numerantur  
vulnera flagellationu.
5. Excitatio ad compassionem.
6. Ad laudandum & amandum, ipsi nos con-  
formandum.
7. Imago mostissima Christi flagellu dilacera-  
ti, amanti anima objecta.

1.  
Furor &  
rabies Iu-  
deorum  
contra  
Dominu.

**H**INC jam crudelissimi Judæi  
Christum ad Pilatum redu-  
xerunt, denuoq̄ue suas in eum  
acculationes acerrimè intende-  
runt, quò mortem illi adferrent:  
rursuq̄ue horrendis clamoribus  
Pilatum obruere moliebantur,  
quandoquidem nullam ratione,  
æquitatem, vel causam adversus  
Dominum proferre poterant. Ita-  
que vociferando veritatem op-  
pressere, rationem obnubilârunt,  
iustitiæ obscuritatem attulere.  
Ceterum Pilatus, cum adverteret  
solâ invidiâ Judæos adduci, ut  
Iesum neci dare appeterent, &  
Herodem similiter nullam in eo  
mortis causam invenisse; nihil  
intentatum reliquit quo Domi-  
num liberaret. *Et quia ratione*

Iuc. 23.  
Mat. 27.  
Pilatus  
conatur  
innocen-  
tem di-  
mittere.

Judæi placari non poterant, scilicet  
scitatus est ex eis, si eum, pro con-  
cesso ipsis privilegio, ad Pascha-  
lis solemnitatis honorem, dimit-  
ti vellent. Sed omnium una voce  
exortus clamor est, Barabbam se-  
velle. O ingens cæcitas, & insa-  
tiabilis ferocitas Judæorum! Ô  
infelix permutatio! lupum præ-  
agno elegerunt; scelestum & odi-  
bilem nebulonem, præ justo &  
innocente homine; impium de-  
nique & latronem, præ viræ au-  
ctore. Quæsit deinde Pilatus,  
quid de Jesu faceret. Et illi fremitu  
horrissono clamabant: *Crucifige,  
crucifige eum. Pilatus respon-  
dit: Regem vestrum crucifigam?  
Quid enim mali fecit? Nullam cau-  
sam invento in eo.* Verum, quò ar-  
dens furia vestra, & livor viru-  
lentus temperetur, & sitis cruen-  
ta non nihil restinguatur, etiam  
sine causa, contra mentem meam  
tamen, eum castigabo, corripi-  
amq̄ue: ut vel sic compuncti, im-  
meritam & innocentem illius  
mortem appetere desinatis. Tunc  
itaque Pilatus Christum suis tra-  
dit ministris & tortoribus, ut eum  
flagellarent.

Iudæi  
malunt  
Barab-  
bam, quã  
Christum  
sibi libe-  
rum do-  
nari.

Iesum  
postulans  
ad Cru-  
cem.  
Luc. 23.  
Ioan. 19

Veni nunc, ô anima mea, ge-  
mebundo corde, & vide uti spon-  
sus tuus Iesus, cæli gloria, immi-  
tissimis traditur manibus vilium  
servulorum, quò sævam in eo ex-  
pleant malitiã suam. Vide ut  
sanguinariis illis facultas detur  
& potestas, purissimum, nobilissi-  
mum, floridum & virgineum  
corpus illud discerpenti, regium-  
que

2.  
Flagel-  
landus  
Dominus  
tortori-  
bus datus  
à Pilato.

DOMI-  
NEGAE  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA  
TIO.

Philip. 2  
Admi-  
randa  
Domini  
patientia

Damnat  
irresigna-  
tam cer-  
vicostiam  
hu-  
mana in-  
obedien-  
tia, pra-  
sertim in  
Religiosis  
hominibus.

que diffundendi cruorem. Aspice quam spontè, quam benignè, quam humiliter Dñs dominorū, abjectis illis sordidisque mancipiis sese tradit ac subiicit, omnè in se malitiam illorum crudelemque tyrannidem expleri sinens, factus obediens caelesti Patri usq; ad mortem. Nec unquam aperuit os suū benedictum ad maledicendum conquerendumve, nec manus pro sui ultione extendit, nec faciem mutavit ad iram seu indignationem; sed benignè totum corpus suum tortoribus exposuit. Attendite hæc, quotquot estis cervicosis, elati, superbiq; Religiosi, qui fictam quamdam extrinsecus præfertis speciem obedientium, ac verè religiosorum hominum: intrinsecus autem prorsus irresignati, morosi, propriæque voluntati dediti estis; quibus diuturnior pax non est, quam dum facere vel habere vobis permittitur, quod libenter facitis habereque desideratis. Sed quæso advertite, quam ultrò se Christus ad mortem obrulerit, quantoque cum affectu acerbum passionis suæ calicem aggressus sit, licèt illum tantopere natura ejus horreret. Itaque ex ipso exemplum capite, elatamque ac rigidam cervicem vestram subter divinam correctionem, & subter Dei ac Superiorum vestrorum (qui Dei erga vos vicem gerunt) mandata submitte: certi, quòd quidquid contemptus ac rebellionis à vobis Prælati vestri acceperint, id in

ipsum Deum Optimum Maximum redundare.

Hinc jam lictores ac satellites Præsidis furibundi, Christum rapientes, vestibus illi ferociter detractis, ipsum cæli creaturarumque omnium conditorem, qui cælum nubibus operit, & cunctis esse largitur, inverecundè nimis denudârunt. Itaque stabat illic speciosissimus & elegantissimus mortalium omnium, virgineo affectus pudore, in innocentia simplici. O quanta crux erat honestissimo cordi illius, quòd tam turpiter nudatus coram vilibus illis scurris assistere cogebatur! Deinde tam inclementer ad columnam eum ligaverunt, vt (quæ admodum legitur) caro illius funderet: tanta erat teneritudo & mollicies naturæ illius. Quin & hoc scriptum reperimus, præ crudeli illa funium constrictione, sanguinem ex digitorum unguibus erupisse. Id verò ea de causa fecerunt, ne ex eorum manibus elaberetur, quandoquidem maleficum & impostorem eum habebant. Post hæc immites illi elegantissimumque sacratissimumque Christi corpus tam inhumaniter dilacerârunt, vulneribusque undique inflictis exarârunt, & tam virgis quam aliis terribilibus flagellis, (quæ invidio corde suo invenire poterant) discerperunt, ut totus sibi ipsi dissimilis esset, universo corpore ejus sanguine perfuso, & cruentis scatente vul-

ne-

3.  
Redundatur  
Iesus ab  
impis satellitibus, ut  
flagru  
cedant.

Ad con-  
lumnam  
inhumaniter  
al-  
ligatur.  
O cristu  
hypocri-  
patis pro  
devota  
anima,  
Christi  
sponsa!

Virgibus  
flagru in  
clementer  
discerperunt.

DOMINICAE  
PASSIONIS  
EXPLICATIO.  
Id est per  
suum corpus  
verum re-  
verentissimum  
et florum  
sissimum.

neribus. Neque enim cutem dumtaxat illius virgis disciderunt, sed etiam sacratissimam carnem ejus inhumanis discerpere cruciatus, adeoque dilaniarunt, ut omne ejus corpus ceu excoriatum videretur, malignis illis vulnus addentibus vulneri, poenam poenae, dolorem dolori. Cumque jam dorsum illius tam crudeliter dilacerassent, ut non nisi sanguinem videre esset & vulnera; eum solventes, dorso ad columnam (ut quidam affirmant Doctores) reliigarunt, manibus supra caput simul alligatis. Tum vero sacrum ejus ventrem, quo prius columnam attigerat, necdum admodum laesum, de integro vulneribus crebris affecerunt, consideruntque, uti prius dorso fecerant. Et hi forsitan recentes fuere carnifices, qui suam non minus quam priores in Dominum evomere crudelitatem.

4.  
Cruciatu  
hic  
flagellatio-  
nis  
suis  
miserabiliter  
vendit.  
\* Bona-  
ventura  
vulnera  
Christi  
5000. fu-  
isse ait;  
alii plu-  
ra nu-  
merant.

Cogitemus hic, obsecro, quantum senserit cruciatum Dominus Jesus, cum vincula, carni ejus jam inserta, evellerentur, rursusque injicerentur extracta, ac denuo inhumaniter ipse sauciaretur, verberibusque conficeretur. \* S. Bonaventura ait, plusquam quinque millia vulnerum hic Christum excepisse. Nimirum adeo hic deformis & miserabilis effectus est, ut non solum ministri verberando, sed homines etiam aspiciendo defatigarentur. Atqui nihilominus Benignissimus Salvator noster stabat illic pleno cum affe-

ctu & ardentissima charitate omnem hanc afflictionem & poenam pro nostris peccatis patientissime sufferens, elegansque ac floridum corpus suum caelesti Patri pro salute nostra desiderabunde offerens hostiam vivam. Enimvero numquam tanta salutis nostrae causa perpessus est, quin plura pati desideraret in gloriam Patris; utque nobis incomprehensibilem & ardentissimum cordis sui amorem testatum redderet, & re ipsa quam evidentissime declararet. \* Nihil quidem jam sanum & integrum in illius relictum erat corpore: & integer adhuc ac indistractus in eo perseverabat affectus majora patiendi. Flagella tortorum totum ejus corpus crudeliter lacerarant: & amor nihilominus cor ipsius in patientia servabat illaesus. Iam ministri pene flagellando defecerant: & Christus secundum affectum necdum fatigatus erat. Ubertim sanguis ejus pretiosus ex membris omnibus ad peccatores defluebat in terram: & spiritus ipsius per gratitudinem erigebatur ad Patrem in caelum. Sacrum illius corpus ictibus peccatorum subfacebat, purpureoque cruore tingebatur: & preces cordis ejus per Angelos ad Patrem in caelestia ferebantur. Dorsum, & caro, ac sanguis ipsius defluebat: sed sursum tendebant gemitus & ignita desideria, quibus omnem hanc afflictionem Patri pro cunctorum offerebat salute mortalium. Et

Quanto  
amore  
Christus  
hunc cru-  
ciatum  
pro nobis  
perpessus  
est.

\* Obser-  
vabit pi-  
us Do-  
minicae  
Passio-  
nis me-  
ditator  
antithe-  
ta ista  
devotissi-  
ma  
torum  
acerbo-  
rum car-  
nis ob-  
flagella-  
tionem,  
& dulci-  
um de-  
siderio-  
rum cor-  
dis, ob-  
cupidi-  
tatem  
non ma-  
gis ama-  
di, &  
plura p-  
nobis  
parien-  
di; quae  
hic non  
tantum  
in Chri-  
sto fla-  
gellato.

quam-

DEMI-  
NICAE  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICA-  
TIO.

quamvis tam inhumanis undiq;  
corruptus esset doloribus, ut, ob  
naturæ complexionisque excel-  
lentiam ac teneritudinem, quili-  
ber ictus cor illius penetraret; a-  
deo nihilominus voluntas ejus &  
Deo & hominibus subiecta erat,  
fervensque desiderium Patris ex-  
actioni satisfaciendi & redimen-  
di hominem tam immodicum\*  
in eo fuit, ut amore victus con-  
queri non posset. Neque enim  
aliud poterat, quam amare, & ob  
amorem pati.

\* O il-  
limita-  
tum a-  
moris  
Christi  
deside-  
rium in  
patien-  
do pro  
nobis!

5.

Ad sine-  
ram com-  
passionem  
exhorta-  
tio.

O anima mea, & quotquot  
Deum amatis, qui pretioso San-  
guine Christi Iesu redempti, & à  
peccatis vestris abluti estis, veni-  
te, & interno cum dolore videte  
quanta fecit Deus animabus no-  
stris. Quòd si ista non compun-  
gunt, aut certè non commovent  
corda nostra, humili querimonia  
coram Deo fateamur nos ferro ac  
lapidibus duriores esse. Piè inge-  
miscamus & suspiremus, sed non  
desperemus. Quæso aspiciamus,  
ut Rex gloriæ pro nostris hic sce-  
leribus vulneratus & deformis  
effectus est. Vide, ò homo, si do-  
lor ullus hisce doloribus ejus pos-  
sit æquiparari. Atqui plura adhuc  
pati paratus est. En pro peccatis  
tuis libens etiam mortem exci-  
piet, sanguinemque suum ad ex-  
tremam usque guttulam effun-  
det. Sed & ipsum cor suum tui  
causa confodi sinet, ut illud tibi  
patefaciat, nimiumque suum de-  
clarer amorem.

6.

Ad Do-

O! qui umquam immensæ hu-

jus charitatis oblivio nos capere  
potest? Mirum sanè est, corda no-  
stra non prorsus liquefieri præ-  
flagrantissima hac dilectione. Et  
quomodo umquam ab ejus laude  
atque gratiarum actione cessa-  
mus? Quomodo aliquid amare  
velle possumus præter eum, cujus  
tanta est erga nos amoris\* intem-  
perantia? Aut qui in ullam aliam  
curam incumbere liber, quam ut  
charitati huic qualemcumque a-  
moris vicem reddamus? Cur re-  
cusamus vel guttulam unam myr-  
rhæ acerbioris degustare causâ  
illius, qui sese totum propter nos  
in ipsum amarissimum passionis  
pelagus immergi passus est? Qui  
umquam grave nobis esse potest,  
animo commemorare illius pas-  
sionem, quam ipse propter nos  
admodum libenter sustinuit? O  
Iesu dulcissime! quæ cor tuum  
vicit pietas, quæ illud chari-  
tas absorbit, ut pro vilissi-  
mis peccatoribus tam acerbam  
tamque ignominiosam volueris  
subire passionem\* Ad redimen-  
dum hominem satis utique esse  
poterat (propter excellentiam ac  
dignitatem tuæ personæ) vel u-  
nam pretiosi Sanguinis guttu-  
lam effudisse: sed ut nobis tuum  
effluentissimum prorsusque im-  
mensum amorem (quo nos com-  
plecteris) indicares, te ipsum to-  
tum abjecisti, totum exposuisti,  
totum tam horrendum in modum  
pene in nihilum redigi permili-  
sti, atque pro peccatis nostris se-  
cun-

minum  
Iesum  
laudant  
dam, a-  
manant,  
& per  
confor-  
mitatem  
imitan-  
dam.

\* Ma-  
gnitu-  
dinem  
& excel-  
sum a-  
moris  
atque  
mensu-  
ram su-  
perflu-  
entem  
vocat  
hic & a-  
libi in-  
tempe-  
rantiam

\* Copio-  
sa apud  
Christum  
redem-  
ptio. Vi-  
de D.  
Thomam  
3. p. q. 1.  
art. 2. &  
ibidem  
Schola-  
sticos.

DOMINICANIS EXPLICITIO. cundum rigorem iustitiæ satisfacere voluisti.

Inde jam Salvatore nostro tam dire flagellis cæso & cruentato, ut nulla pars in omni illius corpore salva permaneret, essetque corpus ejus non nisi vulnus ubertim promanans, ita ut cunctis esset aspectu horribilis; à columna absolutum, nudum & sanguinem fluentem, circumdlexerunt ad quærendum vestes illius; quas, dum eam exuerant, præ ira & malicia per atrium sparserant. Consideremus, quæso, quam miserandum in modum amabilis Iesus illic incederet doloribus plenus, præ frigore tremebundus, & sanguinem manans, adeo ut singula quæque vestigia roseo suo signaret cruore. Alpice nunc, ô anima divino ardens amore, aspice, inquam, intima cum compassione, ut afflicti est dilectus tuus. Ipsa quidè peccasti: & Christus atrociter luit pœnas tuas. Ipsa concupiscentiis carnis obsecuta es: & Christus carnem & sanguinem suum pro tuis erratis ac sceleribus tam inhumanis cruciatibus afficienda tradidit.

CAPUT X.

Iesus chlamyde coccinea vestitur, spinis coronatur, nugatorie salutatur, conspuitur & cæditur.

1. Induitur Dominus coccinea veste, & sermo dines: coronatur, & arundo pro sceptro datur.
2. Spina ista peccata nostra representant.
3. Fuit hæc corona ex juncis marinis, mille aculeatæ spinas habens. Miseranda species Regis no-

stri tali sermo coronati.  
 4. Denuò conspuitur, contunditur, ridicula geniculatione adoratur, caput arundine percussitur.  
 5. Hinc colligat fidelis anima, quanta sit gravitas peccatorum, quæ causam præbuerunt in cruciatibus.

PORRO cum se Dominus post diram illam sui flagellationem, resumptis vestibus, humiliter indueret, consilia inter se egerunt satellites diaboli, dicentes: Seducitor iste Regem se professus est, itaque coronemus eum ut Regem. Moxque tota cohorte in Prætorium coacta, Iesum illum adduxerunt, ut coram omnibus illis ludibrio & conemptui haberetur, sicque majori pateret confusione. Ubi jam denuò vestes, quas vix bene induerat, multa cum ferocitate ei abstraxerunt, vestemque purpuream seu coccineam circumdederunt. Deinde coronam è spinis contextam, loco Regii diadematis, sancto illius capiti impresserunt, data ei, sceptri vice, arundine in manum: flexisque genibus irridiculè eum adorabant, dicentes: Ave Rex Judæorum, & dabant ei alapas.

Egredimini & videte filie Sion, verum Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die letitiæ cordis ejus. Verè dilexit nos, & languores nostros ipse portavit. Quæso, cum compassione non vulgari eamus visum, quàm horribiles hic pro peccatis nostris cruciatus Filius Dei pertulerit. Alta ex imo pectore tra-

1.  
 Vestis coccinea; spinea corona; & de arundine scriptum. Mar. 15. Mat. 27.

Ioan. 19.  
 2.  
 Cant. 3.  
 Spina ista tu representantur peccata nostra. Isa. 52.